



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

SECUNDVM.

¶ CAPVT. XI.

T factū est cum finē fecisset Iesus mandandi duode-  
 cim discipulis suis, progressus est illinc, vt doceret &  
 prædicaret in ciuitatibus illorū. Ioannes autē cū au-  
 disse in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis dixit  
 illi. Tu es ille, qui venturus est, an alterū expectamus? Et respon-  
 dens Iesus dixit illis. Ite & renunciate Ioanni ea quæ auditis &  
 videtis. Cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mun-  
 dantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes lætū acci-  
 piunt euangelij nunciū. Et beatus est quisquis nō fuerit offensus  
 per me. Euntibus autē illis cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne.  
 Quid existis in desertū vt videretis? Nū arundinē quæ agitur a  
 vento? Age, quid existis vt videretis? Nū hominē mollibus ve-  
 stibus amictū? Ecce qui mollia gestant, in domibus regū sunt.  
 At quid existis videre? Nū prophetam? Certe dico vobis, & ex-  
 cellentiore ppheta. Hic est em̄ de quo scriptū est, Ecce ego mitto  
 nunciū meū ante faciē tuā, q̄ præparaturus est viam tuā ante te.  
 Amen dico vobis, nō exortus fuit ante eos, qui nascuntē mulie-  
 ribus maior Ioanne Baptista. Attamen is qui minor est in regno  
 cœlorū, maior illo est. Porro a diebus Ioannis Baptistæ, vsq̄ ad  
 hunc diē, regnū cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nā  
 omnes prophete, & ipsa lex vsq̄ ad Ioannē prophetauerunt. Et  
 si vultis recipere, ipse est Helias ille, qui ventur⁹ erat. Qui habet  
 aures ad audiendū audiat. Sed cui assimulabogenerationē hāc? Si-  
 milis est pueris, qui sedent in foris, & acclamant sodalibus suis,



MATTHAEVM. FO. XIII.

ac dicūt. Tibi cecinim⁹ vobis, & nō faltastis, lugubria cecinim⁹ vobis, & nō planxistis. Venit em̄ Ioannes, nec edens, nec bibens, & aiunt. Dæmoniū habet. Venit filius hoīs edens ac bibens, & dicūt, En hominē comedonē, & vini potorē, publicanis amicū, ac peccatoribus, & iustificata est sapientia a filijs suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerāt plurimæ virtutes ipsius, quod nō pœnituisent. Væ tibi Chorazin. Væ tibi Bethsaidan, q̄niā si in vrbe Tyri, aut Sidonis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere, pœnituisent. Attamen dico vobis. Tyro & Sidoni, tolerabilius erit in die iudicij q̄ vobis, & tu Capernaū, quæ es vsq̄ ad cœlum exaltata vsq̄ ad inferos detraheris, qm̄ si in Sodomis æditæ fuissent virtutes, quæ æditæ sunt in te, māsissent vsq̄ ad hodiernū diē. Veruntamen dico vobis, quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, q̄ tibi. In illo tpe respondens Iesus dixit, Gratias ago tibi pater domine cœli & terræ quod absconderis hæc a sapientib⁹ & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bona voluntas apud te. Oīa mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filiū, nisi pater, neq̄ patrē q̄squā nouit, nisi fili⁹, & cuiuscūq̄ voluerit filius reuelare. Venite ad me omēs, q̄ laboratis, & onerati estis & ego refocillabo vos Tollite iugū meū sup vos, & discite a me, q̄ mitis sūm, & hūilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugū enim meum cōmodum est, & onus meum leue est.

¶ CAPVT. XII.

I Nillo tpe, ibat Iesus sabbatis per segetes. Discipuli

C ij.